

VIII SEKMADIENIS PO SEKMINIŲ

Šios dienos Evangelijos mokymą galima pavadinti antgamtinio uolumo pamoka. Svarbiausia mums – dangaus karalystė; būtent į jos nusipelnymą turėtų būti nukreiptos visos mūsų pastangos. Mes privalome išnaudoti besikeičiančias žemiškojo gyvenimo aplinkybes, kad būtume verti turėti amžinąjį gyvenimą. Mums dera darbščiai ir uoliai rūpintis savo amžinąja ateitimi matant, kaip tamsos vaikai uoliai rūpinasi savo laikiniais reikalais.

Savo Laiške šv. Paulius nurodo giluminę pasitraukimo nuo žemiškųjų reikalų priežastį, taip pat atskleidžia paslaptį stipraus siekio, turinčio išaukštinti šviesos vaikus ir nuvesti juos į dangų. Tikrovėje būtent Dievo veikimas mumyse keičia mūsų gyvenimą ir dovanoja įsūnystę, kad kartu su vienatiniu Jo Sūnumi taptume dangiškosios karalystės bendrapaveldėtojai. Ir pati Šventoji Dvasia skatina mus šauktis Dievo: „Abba, Tėve!“

Introitus

Ps. 47, 10–11. Suscēpimus, Deus, misericórdiam tuam in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Deus, ita et laus tua in fines terræ: iustítia plena est dēxtera tua.

Ps. 47, 2. Magnus Dóminus, et laudábilis nimis: in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius.

Collecta

Largíre nobis, quæsumus, Dómine, semper spíritum cogitánda quæ recta sunt, propítius et agéndi: ut, qui sine te esse non póssumus, secúndum te vívere valeámus. Per Dóminum nostrum...

Introitas

Ps 47, 10–11. Priėmėme, Dieve, tavąjį gailestingumą vidury tavo šventovės; kaip tavasis vardas, Dieve, taip ir tavo gyrius – iki pat žemės pakraščių; teisingumo yra pilna tavo dešinioji.

Ps 47, 2. Didis Viešpats ir didžiai šlovintinas mūsų Dievo mieste, jo šventajame kalne.

Kolekta

Meldžiame Tave, Viešpatie, maloningai dovanok dvasią visada mąstyti ir daryti tai, kas teisu, kad mes, kurie be Tavęs negalime būti, pagal Tavąją valią gyventume. Per mūsų Viešpatį...

Epistola

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Romanos. (Rom. 8, 12–17)

Fratres: Debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Quicumque enim spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus: Abba (Pater). Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritu nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii, et heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi.

Graduale

Ps. 30, 3; 70, 1. Esto mihi in Deum protectorem, et in locum refugii, ut salvum me facias. V. Deus, in te speravi: Domine, non confundar in aeternum.

Alleluia

Alleluia, alleluia.

Ps. 47, 2. V. Magnus Dominus, et laudabilis valde: in civitate Dei nostri, in monte sancto eius. Alleluia.

Evangelium

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. (Luc. 16, 1–9)

In illo tempore: Dixit Iesus dis-

Epistolė

Skaitinys iš apaštalo Pauliaus Laiško romiečiams. (Rom 8, 12–17)

Broliai: mes nesame skolingi kūnui, kad gyventume pagal kūną. Jei jūs gyvenate pagal kūną – mirsite. Bet jei dvasia marinate kūniškus darbus – gyvensite. Visi, vedami Dievo Dvasios, yra Dievo vaikai. Jūs gi gavote ne vergystės dvasią, kad vėl bijotumėte, bet gavote išūnystės Dvasią, kuria šaukiame: „Aba, Tėve!“ Pati Dvasia liudija mūsų dvasiai, kad esame Dievo vaikai. O jei esame vaikai, tai ir paveldėtojai. Dievo paveldėtojai ir Kristaus bendrapaveldėtojai, jeigu tik su Juo kenčiame, kad su Juo būtume pašlovinti.

Gradualas

Ps 30, 3; 70, 1. Būk man Dievas globėjas ir prieglobsčio vieta, kad mane išganytum. V. Dieve, tavimi vyliausi; Viešpatie, lai nebūsiu sugėdytas per amžius.

Aleliuja

Aleliuja, aleliuja.

Ps 47, 2. V. Didis Viešpats ir didžiai šlovintinas mūsų Dievo mieste, jo šventajame kalne. Aleliuja.

Evangelija

Šventosios Evangelijos pagal Luką tęsinys. (Lk 16, 1–9)

Anuo metu: Jėzus pasakė savo mo-

cípus suis parábolam hanc: Homo quídam erat dives, qui habébat villicum: et hic diffamátus est apud illum, quasi dissipásset bona ipsius. Et vocávit illum, et ait illi: Quid hoc áudio de te? redde ratiónem villicatiónis tuæ: iam enim non póteris villicáre. Ait áutem villicus intra se: Quid fáciám, quia dóminus meus áufert a me villicatiónem? fódere non váleo, mendicáre erubésco. Scio quid fáciám, ut, cum amótus fúero a villicatióne, recípiant me in domus suas. Convocátis ítaque síngulis debitoribus dómini sui, dicébat primo: Quantum debes dómino meo? At ille dixit: Centum cados ólei. Dixítque illi: Accipe cautiónem tuam: et sede cito, scribe quinquagínta. Deinde álii dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum coros trítici. Ait illi: Accipe lítteras tuas, et scribe octogínta. Et laudávit dóminus villicum iniquitátis, quia prudénter fecísset: quia filii huius sæculi prudentióres fíliis lucis in generatióne sua sunt. Et ego vobis dico: fácite vobis amícos de mamóna iniquitátis: ut, cum defecéritis, recípiant vos in æténa tabernácula.

Offertorium

Ps. 17, 28 et 32. Pópulum húmilem salvum fácies, Dómine, et óculos superbórum humiliábis: quóniam quis Deus præter te, Dómine?

kiniams šį palyginimą: „Buvo vienas turtingas žmogus ir turėjo ūkvedį. Tas buvo jam apskūstas, esą eikvojąs jo turtą. Tuomet, pasišaukęs jį, šeimininkas pasakė: „Ką aš girdžiu apie tave šnekant? Duok savo ūkvedžiavimo apyskaitą, nes daugiau nebegalėsi būti ūkvedžiu.“ O ūkvedys tarė sau: „Ką veiksiu, kad šeimininkas atima iš manęs ūkvedžiavimą? Kasti neįstengiu, o elgetauti – gėda. Žinau, ką daryti, kad žmonės mane priimtų į savo namus, kai būsiu atleistas iš tarnybos.“ Jis pasikvietė po vieną savo šeimininko skolininkus ir klausė pirmąjį: „Kiek esi skolingas mano šeimininkui?“ Šis atsakė: „Šimtą statinių aliejaus.“ Tada jis tarė: „Imk savo skolos raštą, sėsk ir tuoj pat rašyk: penkiasdešimt.“ Paskui klausė kitą: „O kiek tu skolingas?“ Anas atsakė: „Šimtą saikų kviečių.“ Jis tarė: „Imk skolos raštą ir rašyk: aštuoniasdešimt.“ Šeimininkas pagyrė neteisųjį ūkvedį, kad jis gudriai pasielgė. Šio pasaulio vaikai sumanesni tarp savųjų negu šviesos vaikai. Ir aš jums sakau: darykitės bičiulių neteisiosios Mamonos dėka, kad, jūsų galui atėjus, jie priimtų jus į amžinuosius namus.“

Ofertorijus

Ps 17, 28 ir 32. Nusizėminusią tautą išganysi, Viešpatie, ir išpuikėlių akis pažeminsi; nes kas be tavęs yra Dievas, Viešpatie?

Secreta

Súscipe, quæsumus, Dómine, múnera, quæ tibi de tua largitáte deférimus: ut hæc sacrosáncta mystería, grátia tuæ operánte virtúte, et præsentis vitæ nos conversatióne sanctíficent, et ad gáudia sempitérna perdúcant. Per Dóminum nostrum...

Præfatio de Ss. Trinitate

Vere dignum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine, sancte Pater omnipotens, æterne Deus: Qui cum unigenito Filio tuo et Spiritu Sancto unus es Deus, unus es Dominus: non in unius singularitate personæ, sed in unius Trinitate substantiæ. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione veræ sempiternæque Deitatis, et in personis proprietas, et in essentia unitas, et in maiestate adoretur æqualitas. Quam laudant Angeli atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim: qui non cessant clamare quotidie, una voce dicentes: Sanctus.

Communio

Ps. 33, 9. Gustáte et vidéte, quóniam suávis est Dóminus: beátus vir, qui sperat in eo.

Sekreta

Meldžiame Tave, Viešpatie, priimk dovanas, kurias Tau iš Tavojo dosnumo aukojame, kad šios šventos paslaptys per Tavosios malonės galybę pašventintų mūsų žemiškąją gyvenimą ir atvestų mus į amžinąją palaimą. Per mūsų Viešpatį...

Švč. Trejybės prefacija

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tau dėkoti, šventas Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve, kuris su vienatiniu savo Sūnumi ir Šventąja Dvasia esi vienas Dievas ir vienas Viešpats – nėra tai Asmens vienumas, bet vienos prigimties Trejybė. Juk tai, ką per tavąjį apreiškimą apie tavo garbę tikime, be jokio skirtumo pripažįstame Sūnui ir Šventajai Dvasiai, kad, išpažįstant tikrą ir amžiną Dievystę, būtų šlovinamas ir Asmenų skirtingumas, ir jų prigimties vienumas, ir jų lygus didingumas. Jį garbina angelai ir arkangelai, cherubinai ir serafimai; kasdien nepaliauja garsiai šlovinti, vienu balsu tardami: Šventas.

Komunija

Ps 33, 9. Paskanaukite ir pamatykite, koks saldus yra Viešpats; palaimintas vyras, kuris juo viliasi.

Postcommunio

Sit nobis, Dómine, reparátio mentis
et córporis cæléste mystérium: ut,
cuius exséquimur cultum, sentiámus
efféctum. Per Dóminum nostrum...

Postkomunija

Viešpatie, lai dangiškasis slėpinys
išgydo mūsų sielą bei kūną, idant
jaustume poveikį To, kurį garbina-
me. Per mūsų Viešpatį...